

ceat. Et videtur etiā sentire Syl. verb. apostasia. q. 3. n. 7. vbi ait de serationē hanc nō esse culpam ex se, sed ex sola deserendi intentione: atq; ita ait peccare deserentem sine bona intentione. Idem etiā videtur sentire Valentia. n. præcedenti allegatus, solum enim dicit non esse mortale absq; causa iusta recedere. Idem etiā videtur tenere Angelus verb. apostasia. n. 2. vbi solum à culpa mortali excusat retrocessionem hanc, quādo ex sola affectione status laici fit.

12 Quarta conclusio. Nullam credo esse culpam, quando absq; causa fit retrocessio, du cendo vnica, & virginem. Quia non est omnimoda, & perfecta retrocessio, per quā retrocedens constituitur in statu, in quo est incapax exequendi munia illorum ordinū: imò potest illa exequi, atq; frui privilegio duplici clericali: iuxta cap. vnicum, de cleric. coniugatis, in. 6. Sic docet Bañes, num. 10. allegatus, & faciunt Doctores, num. 8. legati absolute docentes retrocessionem hanc vacare culpa. Quāvis Ang. Sylu. Tabiena nu. præcedenti relati, absolute loquatur de retrocessione absq; causa, dum illam damnare videtur.

13 Nec audiendi sunt Abbas. c. tua, in fine, de apostatis: & Angelus verb. apostasia, numer. 3. vbi retrocessionem hanc facto ipso gestam minimè damnat: secus si verbo fiat: per cap. si diligenti, de foro compet. Quod nil ad rem facit: solum enim decidit nō posse clericos privilegio fori cedere: quia in rotius status clericali fauorem est concessum. Item, quia mirum est, fas esse culpam facto ipso clericatum deserere, ac laicorum more vitam traducere: nefas autem, dicere se velle renunciare. Et ideo merito ab eis discedit Sylu. verb. apostasia quæst. 3. nu. 7.

14 Ad argumenta. n. 7. proposita respondetur. Ad primum dic non esse apostasiam ab ordine, qui constituit in statu perfecto, sed in dispositione, & via ad illum, cū facultate retrocedendi: & potest vti que esse, & quotidie fit absq; ordinis contemptu. Ad textum constat ex dictis, num. 9. vbi illum explicui. Ad argumentum, numer. 8. propositum, quatenus probat nunquam esse culpam venialem, eam retrocessionem absque causa factam, dic eam rationem probare non esse culpam ex se, ac ex parte deserentis horum ordinum: ac potest inueniri culpa venialis leuitatis, & inconstantie in bono incepto: vt nu. 11. explicui: & dixit bene Sylu. ibi. allegatus.

15 Quæstio vltima. Qualiter peccet recipiens primā tonsuram, aut ordines minores, sine animo vterius ascendendi? Bañes. 2. 2. q. 12. ar. 1. pag. 674. §. fit vltima conclusio: & multi ex discipulis. D. Thomæ censent esse culpā mortale. Et quāvis Bañes ibi videatur non ita absolute tradere eā sententiam, ait enim esse culpā mortale, suscipere minores ordines cū animo retrocedendi ab illis, ea sola intentione vt interim gaudeat suscipiens priuilegijs clericibus: at cōsua sequenti. §. sed est argumentū, clarè sentit esse mortale recipere animo solo retrocedēdi. Ducitur, quoniam nouitius tenetur bona fide religionē ingredi, vt experiat in sibi conueniens sit: & delinqueret lethaliter, ingre diens animo retrocedendi. Quia Ecclesiastica iura concedunt initiatis ordinibus minoribus facultatem retrocedendi, non tamen vt possint animo retrocedendi suscipere. Sicut etiam contingit in nouitio.

Prima tamen conclusio fit. Qui iniatur prima tonsura, aut ordinibus minoribus, nō tenetur animum ad sacros ordines ascendēdi habere: quare absq; ea intentione potest illis insigniri. Probat, quia nullo iure talis intentio petitur in initiādo: nec Tridentinum sess. 23. de refor. c. 4. vbi cōditiones initiādi his ordinibus explicuit, huius meminit. Deinde, q̄ Episcopus dispensare potest cū legitimo ad ordines minores. c. 1. de filijs presby. in 6. qui tamē ad ordines sacros ascendere nequit, propter irregularitatem. Sic docent Nau. sum. Latina. c. 25. n. 108. & hispana. c. 28. additione. 2. ad nu. 108. c. 25. Aragon. 2. 2. q. 12. art. 1. dubio. 1. Petrus de Ledes. de sacram. vbi de sacram. ordinis. c. 7. post tertiam conclus. §. De la primera corona, col. 20. fol. 842. Manuel. 2. tomo summa. 2. editione c. 17. nu. 2. conclus. 2. Vega 2. tomo summa cap. 57. casu. 11. Quare si haberet animum retrocedendi determinatū, iudicanda esset ea voluntas, sicut & ipsa retrocessio: & sicut retrocessio nunquā est culpa mortalis: (vt probaui nu. 10.) sed aliquando venialis, & aliquando nulla, iuxta tradita. n. 9. 11. & 12. Ita etiā ipsa voluntas culpa afficietur, aut illa vacabit. Non enim voluntas aliquid faciendi peior est ipso facto: imò ab ipso malitiam, aut bonitatem accipit. Nec obstat solutio, quā tradit Bañes, nimirum, id verum esse, vbi eadē circumstantiæ concurrunt in voluntate, & in facto, vt contingit in nouitio, qui non peccat resiliens, at reus esset culpæ mortalis, eo animo ingre diens. Sed hoc nō obstat: quia

17 teneretur probare malitiam specialem inueniri in volitione hac, quæ in ipso facta non reperitur. Cuius contrarium probauimus: cum nullo iure talis intentio permanendi in ordinum ministerio, & ad vteriores ascendendi petatur. Nec est fletus de nouitio, vt num. 20. probauimus, ostensa differentia ratione. Si autem suscipiens ordines minores anceps sit an vterius progredietur, an potius resiliat: nullo modo peccat. Sicut nec religionem eo animo dubio ingrediens. Annus enim nouitatus iure præscriptus, ad id conceditur, vt nouitius experiat, firmetq; permanendi voluntatem, aut resiliat.

Secunda conclusio. Si ordines minores, aut primam tonsuram accipiens, solum intendat declinare iurisdictionem fori secularis, nonnulla culpa est. Quod deficit reat intentio ordinis suscipiendi. Imò eam esse mortalem existimant Petrus de Ledesma, Aragon, Manuel citati numer. præcedenti. Bañes relaxas numer. 15. Ducuntur, quòd hic decipiat Ecclesiam in re graui. Et Episcopus illius intentionis cōsciens non possit eum absq; peccato mortali ad ordines admittere. Contrauerter enim iusto Tridentini præcepto, sess. 23. c. 4. de reformatione. Quare Victoria summa, de sacram. ordinis num. 240. dicit Episcopum initiatem primam tonsuram, quem nouit resita intentione inseruendi choro carere, peccare plus quā venialiter. At non video culpā mortale. Quia nec finis est mortalis, nec debiti finis peruersio culpā mortalem inducit: maxime in his ordinibus, quos nō esse sacramenta, nec gratiā conferre, est probabilissimū. Nec Tridentinū aliquā ipsius initiationis in hac obligationē imponit. Quare mitius loquutus est Nauar. c. quando, latine c. 7. nu. 15. vbi tūc agnoscat peccatum mortale in suscipiente ordines minores, quādo intentio mortalis est, nimirum, vt ordines

18 sint sibi quasi occasio, & anfa liberè iniurias vlciscendi, alioq; offendendi, absq; iudicij secularis timore subeundi.

Hinc deducitur contra Bartholomeū 18 Ledesma. de sacra. ordinis, dubio. 5. conel. 2. nō peccare Episcopū conferentē ordines minores, aut primā tonsurā ei, qui nō habet intentionē vterius ascendēdi. Quia nullo iure id sibi interdicitur, nec Trid. sess. 23. c. 4. de reformatione. & cap. nullus, de tempor. ordin. in. 6. quibus ipse innititur, id probat. Nam Tridentinum eam intentionem in promovendo nō petit, & c. nullus, solū deciditur minores ordines non esse conferendos cōiugatis, nisi ad ordines sacros, aut religionē ascendere velint, casu quo eū ascensum iura permittunt. Vnde potius inde sumitur argumento deducto à contrario sensu, eam intentionem in solutis minimè desiderari. Præterea, quia. c. 1. de filijs presby. in. 6. c. 6. dicitur Episcopo, vt ex dispensatione promoueat illegitimum ad ordines minores: quem tamen constat nec posse ad superiores ascendere.

19 Verum laude digni sunt Episcopi, qui primam tonsurā conferre nolunt pueris, nisi ipsi si adulti sint, allas eius parentes, iurent bona intentione ascendēdi postea ad ordines sacros, se velle ordines minores, aut primā tonsuram. Quia sic adest bona intentio in ordines suscipiendi: & non auferitur retrocedendi libertas. Ita Nauar. c. quando, latine c. 7. n. 16. & c. si quando, de rescript. exceptione. 13. nu. 7.

20 Ad argumentum, nu. 15. propositum respondetur disparem esse rationem. Quia nouitius decipit in re graui religionem, à qua alimenta accipit, & cuius secreta, & institutum ipsi pandatur, nec potest admitti, nisi cum animo, quantum in se est, perseverandi. Quæ in initiato minoribus ordinibus non procedunt.

DISPUTATIO TRIGESIMASECVNDA.

An sola coniugis licentia sufficiat ad professionem alterius coniugis post matrimonium consummatum, an potius vtriusq; professio desideretur, aut saltem votum continentie manentis in seculo?

SUMMARIUM.

Q Vid exigitur, vt matrimonium consummato alter coniugum ad religionem tran-

1 scatur? Refertur quedam sententia, nu. 1.

Propositur vera sententia, nu. 2.

An sit necessaria licentia Episcopi? & expli-

atur, cap. si vir, & vxor. 27. quest. 2. num. 3. an desideretur coniugis iuuenis professio: an potius sit sic inclusio in monasterium, ne vagetur: ut alter possit legitime profiteri. nu. 4. & ibi: an sufficiat professio equitum D. Ioannis.

Verum sit sic votum temporale castitatis coniugis senis in seculo. nu. 5.

An id votum castitatis coniugis manentis in seculo, efficiatur solenne, eo ipso quod alter proficitur, ita ut post presentis obitum, nequeat validè manens in seculo matrimonium iure? Refertur duplex sententia, numer. 6. & 7.

Proponitur sententia auctoritatis: & declaratur an si nōdum matrimonium sit consummatum, statim ac alter proficitur, possit manens in seculo cum voto castitatis, valido matrimonio copulari. nu. 8.

An sufficiat senis aspectum de incontinentia, votum castitatis emittere, ut alter proficitur? Et quid hac in re distet inter iuuenem & senem? nu. 9.

An sufficiat votum coniugis iuuenis in seculo, ubi a honesta vita est, vt nulla incontinentia suspicio adsit. nu. 10.

An satis sit id votum vxoris senis nō suspecta de incontinentia, sed de alijs prauis moribus: & an tunc sit reuocandus vir professus vt ipsam cohibeat. nu. 11.

An coniux senex manens in seculo cum continētia voto, viuens turpiter, aut incontinenter, post alterius professionem, cogendus sit religionem ingredi. nu. 12.

An coniux egressus ante professionem, sit reddendus coniugi, de cuius licentia, voto castitatis emissio, ingressus fuerat: & id votum adhuc obliget manentem in seculo. nu. 13.

An volente coniuge ratam habere professionem coniugis sine sua licentia saltim, opus sit ipsum quocumque iuuenis sit, profiteri? an sat sit voueat castitatem: & quid, si hic viuat incontinenter? nu. 14.

Qua aetate dicatur coniux senex, vt sufficiat votum castitatis ad alterius professionem? Refertur quedam sententia, nu. 15.

Proponitur sententia auctoritatis: & explicatur qua aetate reddantur steriles senes, suo masculi, suo feminae, nu. 16.

An eadem aetas reddat senes, masculos, & feminas, quod ratione aetatis a ieiunio excusentur, & que sit aetas, nu. 17.

Athenus disputatum est, qualiter professio, & ordo matrimonium praecedentia, illud dissoluant. Iam agendum est, qualiter



matrimonio consummato superuenire possint. Nec sermo est habendus, quando matrimonium nondum consummatum est: aut quando alter in adulterio est lapsus. Quod de priori questione egerim lib. 2. disp. 18. & sequentibus. De posteriori autem actu sum lib. 10. disp. 10. & sequentibus. Quam obrem tantum in praesenti discutiendum est, quando post matrimonium consummatum, altero coniuge non adulterate, liceat alteri ad religionem, ordines, Episcopatum, Cardinalatumve transire. Et primo quidem de transitu ad religionem sermo erit: deinceps de transitu ad alia. Petit ergo disputatio praesens, quid exigatur vt licite, & secundum iuris canonici definitionem possit alter coniux de licentia ad religionem transire? Quae in re Angelus verb. matrimonium. 4. nu. 8. dicit posse coniugem de licentia alterius ad religionem transire, quantum manens in seculo non voueat continentiam: ad prouidendam solam coniugis licentiam videtur petere. Quo fundamento duci possit, me prorsus late: cum id sit contra apertam iuris canonici definitionem (vt nu. sequenti ostendemus). Quare suspicor mentem eius solum esse, id sufficere, vt valeat professio. Quod verissimum esse, disput. sequenti dicemus.

Certissimum igitur est, vt sit licitus ingressus alterius coniugis post matrimonium consummatum in religionem, minime sufficere licentiam alterius manentis in seculo, sed si manens in seculo sit senex, & absque incontinentiae suspicione, desiderari vt votum castitatis emittat: si autem iuuenis, id non sufficere, sed opus esse vt prius religionem ingrediatur. Habetur expressè de ingressu viri in religionem. c. cum sis, de conuers. coniug. ibi. Prohibemus ne vir, vel vxorem (nisi vterque ad religionem migrauerit) transire permittas. Verum si ita vxor senex est, & sterilis, quod sine suspicione possit esse in seculo, dissimulare poterit vt ea in seculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transcat vir eiusdem. Et idem definitur cap. vxoratus, eodem tit. Atque de alterius coniugis ingressu deciditur eodem. c. ad apostolicam, eodem tit. ibi. Non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem, nisi reliquus perpetuam continentiam reponit: sed & vitam debet mutare: nisi forte sit eius aetatis, vt sine suspicione incontinentia valeat in seculo remanere. Et iuxta horum textuum distinctionem debet intelligi. c. 1. eodem tit. ubi virum de monasterio reuocandum de-

cernitur, nisi vxor ad religionem transierit, aut continentiam in seculo vouerit, non enim alterutrum horum semper sufficit, sed cum manens in seculo est iuuenis, necessarius est vtriusque ingressus: si vero senex, satis est, vt in seculo voueat continentiam. Prout alij textus expressè te. Atque ita vniuersi Doctores in hoc conueniunt. Vel textus hic non agit de requisitis ad licitè professionem: sed vt professus non sit officio iudicis reuocandus, aut ad coniugis petitionem: ad quod satis est votum continentiae manentis in seculo, quantum cumque iuuenis, vt dicemus disp. sequenti nu. 9.

Dubitabis autem, vtrum sit necessaria licentia Episcopi? Eam esse necessariam videtur suaderi, ex cap. si vir, & vxor. 27. q. 2. ibi. Si vir & vxor diuersi pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat. Quod est desumptum ex Synodo Eugenij Pontificis, & c. 1. de conuers. coniug. ponderatur ignorante Episcopo praesertim esse licentiam. Atque ita clarè supponitur eam fuisse necessariam. Et ita videtur sentire gloss. eo. c. 1. verb. reuocari, dicit enim si coniux senex sit, sat esse votum eius in seculo, interuenienti Episcopi auctoritate. Et eam exigi docent, Host. c. cum sis, nu. 3. super verb. permittas, de conuers. coniug. & c. vxoratus nu. vnico, super verb. publice, eodem tit. & ibi Ioan. Andr. nu. 1. super verb. conspectu Ecclesiae. Anchar. ibi. nu. 4. notabil. 3. Anton. nu. 4. Cardinalis, in fine. Et expressè esse de substantia valoris professionis, videtur tenere Guillielmus Vorillon. 4. d. 32. q. vnic. ar. 2. post. 1. conclusionem, casu. 1. ubi agens de coniugis professione, ait vt sit hoc validum, requiri licentiam vxoris auctoritate Episcopi concessam, & Maiolus lib. 1. de irregul. c. 4. n. 5. vbi ait ad coniugum conuersiones validandas decreta Episcopi requiri: & nu. 7. ait deficientem Episcopi decreto nudum coniugis consensum nō sufficere. Verum vt hinc clarè explicetur: potest ea Episcopi licentia esse ad tria requisita. Primum est, ad valorem professionis. Secundum, vt rectè fiat, quali sub praepcepto sit ea perenda. Tertium, ne coniux quantum legitime professus possit reuocari ad coniugem manentem in seculo: sicut reuocari potest, quando coniux manens in seculo non vouit continentiam, ac concessit licentiam: vt dicitur, c. 1. de conuers. coniug. & disp. sequenti declarabimus: quantum tunc profes-

sio fuerit valida. Quantum ad primum, censetur eam Episcopi licentiam non esse necessariam ad professionis valorem. Quia, d. c. si vir, & vxor, ubi ea licentia petitur, non irritatur professio licentia facta. Itaque aperte colligitur ex c. 1. de conuers. coniug. in fine, a contrario sensu, ubi dicitur virum qui ignorante Episcopo de licentia vxoris professus est, reuocandum non esse, si vxor vouerit castitatem. Sentit ergo textus ex defectu licentiae Episcopi nil officii professioni. Et ita sentiunt gloss. d. c. si vir, verb. conscientia, & ibi Archid. n. 1. Bellemera. n. vni. co. Turrec. n. vnic. Federicus conf. 37. ad finem. Ioan. Andr. c. 1. nu. 1. de conuers. coniug. & ibi Anton. n. 5. Abbas nu. 3. Card. quodam eadem Abbas. c. vxoratus nu. 7. & c. ex parte, el. 1. nu. 2. eo. tit. Aretinus conf. 59. nu. 9. verb. pro his facit, & ex Theologis, Scot. 4. d. 32. q. vnic. & ibi Maioris. q. 2. conclus. 6. Supplementum Gabrielis ibi. q. 1. ar. 2. conclus. 9. Sotus. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. col. 15. paulo ante vers. id aurem. Quare dam. l. regia 2. tit. 10. p. 4. ait hoc auctoritate Episcopi faciendum esse: non intelligi eam esse requisitam ad professionis firmitatem, vt bene intelligi ibi Gregor. Lopez. verb. de Obispo. Quoad secundum, videntur ea verba d. c. si vir, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat, in ducere praepceptum. Ad dicendum est non esse praepceptum, sed de honestate desiderari licentiam Episcopi, vt docent ibi Archid. n. 1. super verb. fiat, & ibi Bellemera. n. vnico, & ibi Laurentius per ipsos citatus. Ioannes Andr. c. 1. n. 1. & ibi Cardin. q. 2. de conuers. coniug. Federicus proximè allegatus. Tum, quia non est certum, id. c. si vir, loqui in hoc casu. Erit glossa ibi verb. conscientia, ait posse intelligi, quando coniugati volunt monasterium coltrueri, ad quod transcant. Id enim sine Episcopi facultate aedificari nequit. c. nemo, de consecr. d. 1. Tum etiam, quia consuetudine receptum est, vt ea licentia non peratur, vt testantur Ioan. Andr. & Cardinalis proximè allegati. Quoad tertium, exillimo nil ad ea facere defertum licentia Episcopi, aut eam interuenisse, quoad reuocationem. Et ita si coniux est professus ex licentia alterius nō intrantis religionem, nec vouentis continentiam, poterit reuocari, quantum ex Episcopi licentia id esse dicitur: si vero alterum fecit, non poterit reuocari, quantum Episcopi licentia defuerit. Quod clarè sentit Host. c. 1. de conuers. coniug. statim in principio, super verb. ignorante, ubi eum textum

ponderantem, ingressum factum fuisse Episcopo ignorante, explicat id est, maxime Episcopo ignorante, quasi dicat idem esse si sciente: atque ita scientiam eius, vel ignorantiam nil conferre. Et melius vltima. ibi nu. 5. vbi ait, si nondum facta esset professio, postea Episcopum reuocare, donec cognoscat, an legitimus fuerit ingressus. Sentit ergo facta professione non esse reuocationi locum: quod Episcopi auctoritas in ingressu desiderata sit. Et de hac reuocatione professi, eo quod manens in seculo non fecerit votum, est late disput. sequenti habendus sermo.

4 Rursus inquires, an hic transitus ad religionem coniugis iuuenis, quod alter licite profiteatur, debeat esse ad professionem emittendam; an potius vt ibi inclusus à vagationibus arceatur, ac proinde consultum sit incontinentiæ periculo? Palacios, 4. d. 27. disp. 2. colum. 33. vers. quocirca, folio 589. censet non desiderari huius professionem, sed satis esse dictam inclusionem. Quod potest probari ex. c. vxoratus, vers. si autem talis, que suspicio non careat, voto continentia celebrato, à secularium hominum conuersatione remoueatur. Ceterum dicendum est, necessarium esse, vt coniux ille iuuenis profiteatur. Quod aperte probant ea verba. d. c. vxoratus, que immediate sequuntur. Et in loco religioso vbi Deo seruiat, perpetuo commoretur. Nam si ingrediarur solus vt arceatur à vagationibus, monasterium esset sibi carcer, non autem intraret, vt Deo seruiat. Et melius id probatur ex. c. cum sis, de conuers. coniug. ibi. Nisi vtique ad religionem migraverit. Et. c. 1. eodem tit. ibi. Nisi vxor ad religionem transferit. Non enim transit ad religionem, qui non profiteatur. Et ex. c. Agathosa. 27. q. 1. ibi. Postquam copulatione coniugij, viri, atque mulieris, vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte manere in seculo. Quod idem traditur. c. ad Apostolicam, de conuers. coniug. At non dicitur conuerti, sed in seculo manere, si non profiteatur. Et idem ita sentiunt Abbas eo. c. vxoratus. n. 3. & c. accedens. nu. 2. de conuers. coniug. Et ad id. c. vbi vir professus est, & mulier transit ad religionem habitu non assumpto, nec animo profitendi, respondet Abbas eo. n. 2. narrari ibi factum, & non statuius. Idem Brunellus de sponsalibus, conclus. 40. nu. 16. Syll. verb. diuortium. q. 13. dicto. 2. Sotus 4. d. 27. q. 1. ar. 4. columna antepenultima,

vers. potest & vnus. Palacios sibi ceterarius 4. d. 32. disput. 2. col. 10. fol. 718. in vers. at argentiore est. Petrus de Ledefina de matrim. q. 64. ar. 4. dubio. 1. conclusionem vltima. Bartholomæus à Ledefina de sacramen. ordinis, dubio. 14. columna vltima. Cañedo summa sacramentorum, tractatu de matrim. c. 7. nu. 54. in commento. Vega 2. tomo summe. c. 34. casu. 103. Nec fat est, si profiteatur vir assumpto habitu equitum D. Ioannis. Quia etsi ita sit professio solennis, at ij manent in seculo cum periculo in continentia. Cuius contrarium petitur. d. c. vxoratus.

Nec sufficit votum temporale coniugis senis in seculo manentis, ni mirum dū coniux professus superstes fuerit. Constat ex cap. 1. de conuers. coniug. ibi. Nisi vxor ad religionem transferit, aut perpetuo castitatem seruare promiserit. Et c. ad Apostolicam, eodem tit. ibi. Nisi reliquis perpetuam continentiam repromissat. Atque ita docent Hostiensis c. vxoratus. n. vnico, super verb. continentiam, de conuers. coniug. & ibi Ioan. Andr. n. 1. Idem: Ioan. Andr. d. c. ad Apostolicam, nu. 1. & ibi Anton. 2. Idem Anton. d. c. 1. num. 3. Monaldus summa, vbi de voto, tit. de voto coniugarum, versic. similiter vxor.

6 Grauior autem est difficultas, an id votum castitatis coniugis manentis in seculo efficiatur solemnne, eo ipso quod alter profiteatur: ac subinde irritum reddat matrimonium contra factum contra id castitatis votum à manenti in seculo post obitum professi. Id enim affirmat quidam. Quod cum vir, & vxor sibi inuicem actiones comunicent, c. Martinus, de cognat. spir. c. si quis vnus 30. q. 4. solemnitas coniugis professi redundat in votum simplex coniugis secularis, reddens illud pariter solemnne. Ita docent Goffredus summa, tit. de conuers. coniug. n. 2. & n. vltimo. Hostiens. summa, eodem tit. n. 3. & c. 1. in fine, & c. ad Apostolicam. n. 1. de conuers. coniug. Abbas c. constitutus. n. 3. eodem tit. Anchar. c. vnico. n. 3. notabili. 4. de voto, in 6. & ibi Dominicus num. 14. sine, Palud. 4. d. 38. q. 3. ar. 5. concl. 1. n. 29. Supplementum Gabrielis. 4. d. 32. q. 1. ar. 2. immediate ante. 9. conclusionem. Aftenfis summa 2. par. libr. 8. tit. 11. ar. 2. q. 9. Turrecrem. c. seriatim, d. 3. ar. 4. num. 7. Quamuis ex his, supplementum Gabrielis, & Turrecrem. dicant votum solemnizari, at nullam huius reiterationem explicant. Et per id votum ma-

nendū in seculo dirimi matrimonium subsequens, affirmat Hostiens. c. vxoratus. n. 2. de conuers. coniug. at hō reddidit rationem. Limitat Goffredus. n. vltimo. Hostiensis triplici loco allegato: Aftenfis, Henricus, Supplementum Gabrielis, si mulier conficta erat præiudici sibi sequenti ex professione viri, cui consensit votum castitatis emittens: aliis enim solo voto simplici astricta manebit: ac proinde valebit matrimonium subsequens. At limitationem hanc negat Turrecremata. Limitat etiam Aftenfis, quando id votum in seculo emissum est in manu Episcopi, vel de eius licentia. Eiusdem sententia videtur. D. Bona. 4. d. 37. in expositione litterarū, vbi dicit si vir de licentia vxoris data in conspectu personæ per quam secundum formam Ecclesiæ possit fieri diuortium, profiteatur, vxorem vobis garā ad perpetuam continentiam cum viro: nec posse nubere post mortem: nec iuris ignorantia excusari. Quia est eadem caro cum ipso.

7 Alij admittunt per id votum manentis in seculo dirimi matrimonium subsequens: atq; id votum solemnne fieri: discrepant tamen in ratione: id enim dicunt confurgere, non ex actionum communicatione: sed ex statuto Ecclesiæ, quæ id decreuit quando vir de licentia coniugis vouentis in seculo, ad ordines transiit. De qua re dicimus disp. 40. Ita sentire videntur Ioānes Andr. c. cum sis, in fine, de conuers. coniug. & ibi Anchar. sine: referunt enim vtramq; sententiam, & hanc in vltimo loco.

8 Ad existimandum nulla ratione id votum effici solemnne. Quia voti viri solennitas nequit in vxoris votum redundare: exigitur enim vouentis intentio, quæ non adest, nisi ad votum continentia simplex emittendum: & esto ea intentio adesset, non potest fieri votum solenne, nisi in professione religionis approbata: aut in ordinis sacri susceptione. c. vnico, de voto, in 6. Et textus. nu. 6. allegari probantes communicari actiones inter coniuges ob carnis unitatem, loquuntur in actionibus, ad quas non tam requiritur interuentus animi, quam corporis actus, vt in cō paternitate. Et quidquid sit de ordine facro à viro de licentia vxoris assumpto: at in professione nullus extat textus decernens viro de licentia vxoris proficenti, reddi solemnne votum simplex vxoris in seculo factum, quoad matrimonij subsequens dissolutionem. Et cum sit res valde odiosa, & in matrimonij præiudicium, non venit ex-

tendenda. Atq; ideo hanc sententiam tuentur: gl'of. c. seriatim, verb. post mortem. d. 32. Gardin. c. cum sis, in fine, de conuers. coniug. & clem. vnica nu. 18. q. 22. de confang. Monaldus summa, vbi de voto, tit. de voto coniugarum, vers. item quid sit licentia. Et addunt hi duo (& optimè,) matrimonium post obitum viri, professi inuit ab vxore esse validum: quamuis peccet contra votum simplex. Cavendum tamen est à Paludano 4. d. 27. q. 3. ar. 2. conclus. 2. n. 11. & ibi Supplemento Gabrielis, q. 2. ar. 3. dubio. 8. casu. 2. vbi dicunt, si vir profiteatur ante consummatum matrimonium, vxore vouenti in seculo castitatem, esse vxorem inhabilem matrimonio dum viuat coniux professus, non ratione voti simplicis: sed quia tunc per professionem coniugis non dirimitur matrimonium ratum. Quod reprobauit lib. 2. disp. 20. nu. 4.

9 Sed quid, si coniux senex in seculo manens suspectus sit de incontinentia: an tunc sufficiat eius votum in seculo: an potius de sideretur vt ad religionem transeat? Videtur enim votum sufficere. Quia aliis iura perperam ponderant etatem. c. cum sis, & c. ad apostolicam, de conuers. coniugarum. Si quidem potius periculum incontinentiæ attendendum esset. Præterea, quia cum leges respiciant quæ communiter accidunt. Nam ea. ff. de legibus: nil ad legem immutandam conferre videtur, si vnus, aut alter coniux in etate senilis, suspectus de incontinentia sit: sed in eo seruandum erit ius decedens sufficere votum senis in seculo manentis. Cum in ea etate cesset communiter ea suspicio. Existimo tamen dicendum, non fat esse tunc id votum. Quod iura non absolute ponderent etatem, sed simul vt coniux de incontinentia suspectus non sit, c. cum sis, ibi. Verum si ita vxor senex est, & seruitis, quod sine suspitione possit esse in seculo. De conuers. coniug. & c. vxoratus, eodem tit. ibi. si autem talis fuerit quo suspicio non careat, & c. ad Apostolicam, eodem tit. ibi. Nisi forte sit eius etas, vt sine suspitione incontinentiæ valeat in seculo remanere. & c. significauit, eodem tit. ibi. si est ita, & est talis etas de qua suspicio haberi non possit. Præterea, quia iura id decreuerunt, ne coniux religionem profiteatur, manenti altero cū incontinentia periculo: atq; ita huius periculo confulere voluerunt. Ergo in quacunque etate id periculum sit, non satis erit votum manentis in seculo. Nec obstant in contrarium adducta. Quia iura non solam etatem

ponderant, sed eam vt non presumatur in continentia periculum. Quare existēti ne cōiugē non presumatur tale periculum, & dabitur licentia profitendi alteri coniugi, manente sene in seculo, cum solo voto. Verū vbi de eo periculo constaret, cessabit presumptio: & proinde ea licentia denegabitur. Nec obstat etiam secundum. Quia lex hæc edita est ad consulendum bono priuato coniugis relicti in seculo: vt eius incontinentia caueatur. In quo euentu satis est cessare finem in particulari: vt contingit in lege correctionis fraternæ, quæ ad fratris emendam tendit: & ita ea cessante in hoc particulari, cessat in illo. Et ita supponunt Doctores, nu. 1. allegandi, qui tanquam rem clarā supponunt quando vxor senex est suspecta de incontinentia, non cōcedi viro ingressum in religionē: & solū dubitant, quando de alijs moribus prauis est suspecta: & adhuc tunc licere negat. Et serē expressē tenet Cardin. c. cum sis. n. 1. oppositione. 1. de conuers. coniug. vbi ait ad viri professionem peti in eo textu duo copulatiue, nempe, vt vxor sit senex, & sterilis, ita vt sine suspitione incontinentiæ possit esse in seculo. Et Hof. ibi. nu. 4. super verbo sterilis, sic ait. Quasi dicat, si processit in diebus suis, ita quod sit anosa, honesta, & maturatione. Et Anton. c. vxoratus nu. 1. eodē tit. vbi sit inquit. Nisi remans in seculo transferit dies suos, ita quod non sit suspicio incontinentiæ: suspicio autem subsistente non potest vir ingredi religionē, nisi mulier ingrediatur. Quod eisdē verbis tradit Victoria summa, vbi de matrim. nu. 253. & serē expressē docent gloss. c. coniugatus verb. continentiam, de conuers. coniug. Goffredus summa, eodem tit. nu. 6. Anton. c. 2. nu. 7. de clerici. coniug. Sorus. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. col. antepenul. vers. potest & vnus, & ibi Palacios disp. 2. col. 24. fol. 584. vers. sed quid si facta. Ouand. 4. d. 27. fin. vbi peunt, vt coniug manens in seculo sit senex, & sine incontinentiæ suspitione: quasi alterum minimē sufficiat, & clarior Sylu. verb. diuortium. q. 13. di. 2. vbi petit non esse timorem de incontinentia, quod coniug sit grandæuus, & vitæ honestæ. Idem Abbas. c. ad apostolicam, nu. 1. de conuers. coniug. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. s. 3. n. 3. Antonius Cucus lib. 5. institucionum maiorum tit. 32. n. 223. vbi disiunctiue dicunt non sufficere votum, si coniug manens in seculo sit iuuenis, aut de incontinentia suspectus.

10

Nec etiam sufficere votum prædictum,

vbi coniug manens in seculo est iuuenis, quantum ita honestæ vitæ sit, vt nullus incontinentiæ timor subsit. Quod constat ex textibus nō præcedenti relatis, qui tacite ponderant, & nullum ratione illius subesse periculum. Et ratio est aperta, quoniam iuuenis varijs semper incontinentiæ casibus valde subiecta est, atq; ab inceptis facitē desinit: cum varijs, ac vrgentissimis carnis illecebris passim agitur. Et in proprijs terminis loquentes de femina iuuenē, non suspensa de incontinentia ratione honestæ vitæ, non sufficere eius votum in seculo ad professionem viri, tradunt Ioannes Andr. c. coniugatus, in fine, & ibi Anchar. in fine, de conuers. coniug. & ibi Antonius in fine, & ibi Abbas nu. 4. & quantum femina specialiter in constantia nota iurantur, vt eruditissimē tradit Tiraque. l. 9. conubiali. nu. 129. & sequentibus. At viri maioribus periculis expositi sunt: eodē quod liberis vagentur. Et ita experientia ipsa docet multo frequentius esse viros iuuenes in incontinentiam labi, quam feminas.

Nec similiter prædictū votum satis erit, quando vxor senex manens in seculo non est suspecta de incontinentia: est tamen de alijs peruersis moribus, vt si timor subsit fore vt viri cura delituit, fiat incautrix, venefica, vlturaria, vel quid simile. Quia eadem ratio videtur in alijs malis moribus, si cuius in suspitione incontinentiæ: Quia cū non expedit vxoris salutē virum tunc profiteri: id permittendum non est. At si contra fiat, tenet omnino ingressus. Quia principaliter hic consideratur incontinentiæ periculum: eodē quod illa aduerfetur bono fidēi, quod est vnus ex tribus matrimonij bonis. Ita docent Ioan. Andr. c. ad apostolicam nu. 3. de conuers. coniug. Anton. nu. 3. Abbas nu. 2. Anchar. sine. Cardin. fin. Lancelotus in constituta iuris canonici, lib. 2. tit. de duor. 5. his exceptis verb. incontinentiæ.

Quod si coniug senex relictus in seculo cum continentia voto, id non seruet post viri professionem, sed incontinenter viuatur, cogitur ingredi monasterium, vt colligitur à contrario sensu, ex c. significauit, de conuers. coniug. ibi. Si est talis ætatis, de qua suspicio haberi non potest, ipsam votum continentia obferuare non inuare monasterium compelli non permittatis. Sic Hof. c. placet nu. 2. & ibi Card. n. 2. q. 2. Ioan. Andr. nu. 2. Anton. nu. 7. de conuers. coniug. Abb. c. ad Apostolicam, sine, eodem tit. Anchar. d. c. placet nu. 4. q. 1. in fine. Qui explicat cogendū

quoq;

quoque esse profiteri: ceteri solum dicunt cogendum ingredi, & de professione fabricentur: sicut & textus d. c. significauit, eodē modo loquutus est. Sed durum mihi videtur cogendum esse profiteri. Quod non videtur textum expressē id decidentē. Præterea, quia coniug hic non nouit religionem: & durum est ipsum obligare ad rem tam arduam, vt melius seruet castitatem, & ab incontinentia arceatur. Deinde, quia (vt disputatione sequenti videbimus) magna est dissensio, an vxor iuuenis, ac proinde ratione ætatis suspecta, uouens in seculo continentiam, sit cogenda profiteri, an tantum in monasterium detrendenda, vt periculum cesset. Et quantum in eo casu verior sententia distinguitur, an mulier sit iuris conscia, nec ne: at in hoc euentu non potest habere locum ea distinctio. Nam iura iubent. c. cū sis. c. ad Apostolicam. de conuers. coniug. vt vxor iuuenis transeat ad religionem, quo vt legitime profiteatur: ac proinde vxortalis iuris conscia, & dans licentiam viro profitemi, voto castitatis à se emisso, censetur ad religionem se alfringere. At quando vxor est senex, & non suspecta, contentum est illius solo voto continentie in seculo. Quare ipsa voto suo ad id nec expressē, nec tacite se obligauit. Non ergo cogenda est profiteri, sed agenda in monasterio ab incontinentia. Quod si non incontinenter viuatur, fed alijs vitijs vacet, dubitat Abbas d. c. ad Apostolicam, in fine, & in eam partem inclinat, vt compelli debeat ad abfistentiam à vitijs, non autem ad monasterij ingressum. Quia principaliter non delinquit in fidem matrimonij: quæ in his casibus specialiter spectatur. Et hoc mihi placet.

Sed si coniug ingressus religionē de alterius licentia, exeat nouitatus tempore, est cogendus redire ad coniugem manentē in seculo. Quod effectus licentiæ nō sit sequutus: ea enim licentia fuit ad ingressum cum effectu. Ita Hostiensis summa tit. de conuers. coniug. nu. 3. vers. illud quidem, Lex regia. 21. sine. tit. 7. p. 1. & ibi Greg. Lopez verb. salisse, qui ita intelligit illam legem non distinguente, an tempore professionis, an post professionē egressus sit. Hostiensis tamen loquitur eo casu, quo manens in seculo votum castitatis non emisit. Sed melius Greg. Lop. dicit idem, quibus vouisset. Quia votum illud censetur factum ob causam professionis alterius coniugis: & sub cōditione tacita, si alter profiteatur. Quare dicitur professionē nō sequuta cessare votū,

defectu causæ, & conditionis. Quod ego intelligo, nisi cōiug habuisset animū vouēdi independentem alterius professionē. Tunc enim etiam altero non professio ligatur suo voto. Et altero coniuge sibi relicto non posset petere, vt pote qui voto simplici castitatis obligatus est: at teneretur reddere. Quia coniug ingrediens licentiam vouendi concessit dependenter à sua professione. Quod si dedit licentiam independentem, & absolutē, dicemus libr. 10. disp. 36. n. 5. & sequentibus.

Prædicta autem, quæ diximus desiderari: vt cōiug legitime profiteatur, intelligenda sunt ante factam professionem. Si enim alter cōiug absq; alterius licentiæ professionē faciat, ac manens in seculo ratificare velit, non indiget religionis ingressu, quāuis iuuenis sit, fed satis est in seculo castitatem vouere. Sed dicunt fortē esse verum, Hostiensis cap. placet, n. 1. super verb. cōiugata, de conuers. coniug. Ioan. Andr. nu. 2. Anton. nu. 7. Anchar. in. 4. q. 1. Et tenet ibi Abbas n. 6. Et Aretinus conf. 59. n. 9. vers. pro his facit optime. Et quantum hi auctores dicant, manentem in seculo debere castē viuere, & non explicite debere emittere votum castitatis: at reuera id intendunt: & ita declarantur Antonius, & Aretinus ibidem. Quod si hoc facere nolit, non proderit ratificatio, fed cogitur repetere. Quia non permittitur licentiam esse in religione, & alterum absque voto in seculo. Sic Hostiensis, Anton. Andr. Abbas, Anchar. ibidem. Et idem dicit Nauar. lib. 3. conf. tit. de cōiug. priori edit. conf. 3. n. 3. posteriori, conf. 6. n. 3. quando manens in seculo viuat incontinenter.

Potissima tandem difficultas discutenda superest, an sit præscripta senectus grata, quam adeptus coniug non egeat religionis ingressu, sed possit in seculo manere, castitatis voto aftrictus, vt alter coniug legitime ad religionem transeat? Neminem ex antiquioribus hoc discutientem reperi: sed primus, qui de hac re loquutus est, & sanè breuissimē, fuit Sorus, qui. 4. dist. 27. questio. 1. artic. 4. columna 12. §. præterea contra eandem primam conclusionē, & columna 15. versic. potest & vnus: & ad finem articuli, vers. quod hic de separatione: & d. 38 questio. 1. artic. 2. conclus. 2. sine, & conclusio 3. sine, quibus in locis, dixit feminam dici senem, ad hunc effectū, quando est sexagenaria. Et d. art. 4. versic. potest & vnus, dicit idem de viro. Et

So-

Sotum sequuti sunt loquentes de viro, & femina, Corduba in summa quaest. 178. vers. Empero si el matrimonio: Ouandus 4. dist. 27. quaest. vnica, sine. Angles Floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 1. de essentialibus ipsius. d. 17. artic. 3. in dubio, quod mouet post. 3. difficulta. & loquentes de femina dicunt idē, Azor lib. 12. institutionū moralis c. 1. q. 6. si queras, & lib. 13. c. 14. q. 11. statim in principio. Barthol. Ledef. dub. 14. de sacramento ordinis, col. vltim. & dubio 64. de matrim. conclus. 2. fin. & ad aliud intentum, simile tamen, nempe, quādo quispiā dicitur iuuenis, vt ratione periculi incontinentiā valeat cū ipso in incestu dispensari, dicunt Cordub. lib. 1. sui quaestio. narij. q. 12. ar. 1. col. 5. §. secundum distū: & Gutierrez. q. canon. lib. 1. c. 23. n. 13. tunc euenire, quādo nondū est sexagenarius, & allegat cōmuniter annotata. c. 1. de cōuers. coniug. vnde eā doctrinā clarē ampliatūtur in hoc casu. Sed neminē inueni eo. c. 1. annotantem: cū multis euoluīs libris diligentissimē quaesierim. Nullus ex his doctoribus quaestionem hanc discutit, nec rationem, aut textū quibus innitatur, affert. Sed potest probari, quia communiter Doctores exillimāt sexagenarios senes esse, vt ratione aetatis possint a ieiunio excusari: vt nu. 17. videbimus, & Pius V. ac Pontifices successores negantes in diplomate cruciatio facultatem laetitia edēdi, clericis, & religiosis in quadragesima, exceperunt sexagenarios: quasi hos senes reputantes.

16 Sed verē hęc non probant hanc partem. Quia Pontifices in eo casu speciali, aetatem praescripserunt: & varijs in casibus diuersimodē est iure praescripta, vt potest videri in Menochio lib. 2. de arbitrijs, centuria 1. toto casu. §. vbi, numer. 3. multis allegatis concludit in casibus, in quibus nulla extat clara iuris constitutio, relinquij iudicis arbitrio, qua aetate senex quis censetur. Cū ergo in hoc ita eueniat, non videtur ea aetas sexagenaria praescribēda, sed id prudentis arbitrio committendum. Praeterea, quia non videtur rationi consonare, eandem aetatem ad senectutem praescribi in feminis, & in viris, vbi ius non ita clarē disposuit. Quod femine (vt auctores sunt Aristot. lib. 7. de historia animalium cap. 3. sine. Plinius lib. 7. naturalis historie cap. 4. Tiraquell. l. 6. connubiali. nu. 38. & l. 1. nu. 57. Jocyus quā mas, & accrescant, & etate floreat, ac senectute macerentur. Quia vita in calore sita est: teste Aristot. in

problematis, sectione. 3. problemate. 22. & sectione. 14. problemate. 10. Cuius ratio est, nam anima tamdiu corpus informat, quamdiu in eo vitę munia obse potest: praecipuus verō vitalium functionum administer est calor: femine frigidiore viris sunt: vt ex multis probat Tiraquell. l. 9. connubiali. numer. 142. & sequentibus. Si ergo femina breuioris vitę sunt, & citius senescunt, non eadem senectutis etas ascribenda est illis, sed minor, quā viris. Praeterea, quia textus dum senectutem petunt, subiungunt ita vt sine incontinentiā suspitione possit in seculo remaneri: (vt num. 9. probauit:) vnde senectutis mensura mendata est ex etate, in qua communiter incontinentię periculum non versatur. At hoc non equē reperitur in feminis, ac in viris: calor enim qui libidinem fouet, eiusque est causa (vt latissimē probat Tiraquell. l. 9. connubiali. numer. 150. & sequentibus) minor est in feminis: & idē minus eas esse luxurie deditis; late probat Tiraquell. eadem. l. 9. numer. 142. & sequentibus: & senectute ocys feminis appropinquante, citius tepescit, ac remittitur calor. Cū igitur breuior etas, & senectus adueniat, & periculum incontinentię cesset in feminis, quā in viris: immerito prudens diiudicabit eādem etate vtriq; sexui assignandam ad senectutem. Tandē, quia textus. c. cum sis, de cōuers. coniug. clarijs explicuit qualis senectus desideretur, ibi. *Verum si sit a vxore senex est, & sterilis, quod sine suspitione possit esse in seculo.* Vbi gloss. verb. sterilis, & Anton. sine. Host. n. 4. super verb. sterilis, intelligunt steriles non ratione nature, sed ratione etatis. Femine enim natura sterilis praeg. ceteris libidinosę sunt: teste Tiraquello id ex alijs cōprobante. l. 9. connubiali. n. 121. Quia cū non satis expurgentur, plurimo illas abundare spermate est necesse. Quare textus non docet ad diiudicandam senectutem, attendendam esse etatem, qua coniux sterilis efficitur: tunc enim libidinis ardor mitescit, & minus periculi incontinentię subest. At minori etate femina redditur sterilis, quā vir, teste Arist. lib. 7. de historia animalium cap. 5. vbi ait multas feminas anno quinquagesimo peperisse, at vltra id tempus nullam, & lib. 5. cap. 14. vbi ait maribus vltimum gignendi terminum esse annum septuagesimum: feminis verō quinquagesimum, verū id raro: sed magna ex parte feminis esse quadragimū quintū,

maribus

maribus verō sexagesimū quintum. Et lib. 7. Politicorum. c. 16. ait vt plurimū finem generandi esse viris septuagesimum annum, mulieribus quinquagesimum. Et Plinius lib. 7. naturalis historie. capit. 14. docet feminas post quinquagesimum annum nō generare. Quod aded verū est, vt mirabile, & rarū appellari textus. l. si maior. 12. C. de legit. hæred. si femina quinquagenaria concipiat. Quod idē tradunt gloss. l. si pater familias. 15. §. vlt. verb. sexaginta. ff. de adopt. Bottonus lib. 2. de morbis muliebribus. c. 8. Tiraquell. l. 6. connubiali. numer. 22. Mascardus de probationibus, cōcl. 1152. n. 7. & 8. Menochius de arbitrijs, lib. 2. cetera. 1. casu. 89. num. 56. & sequentibus, & de praesumptionibus. §. praesumptione. 2. 4. num. 5. & sequentibus, & demum sexagesimū annum esse iam communiter viris terminum generandi, attento naturali generandi statu, quod si contrarium cōtingat, accidere potius quā naturę tribuendum esse, colligitur ex textu. d. l. si pater familias. §. vltimo: ibi. *Nisi forte minor sexaginta annis sit is, qui arrogat, qui magis libertorum procreatione studere debeat.* Et docent ibi glossa, verb. sexaginta. Menochius. d. casu. 89. nu. 58. & lib. 6. de praesumptionibus, praesumpt. 47. nu. 39. Mascardus. d. concl. 1152. nu. 6. & colligitur ex Arist. lib. 7. de historia animalium c. 6. initio, vbi ait mares plurimos ad sexagesimum annum generare, quem si excesserint, ad septuagesimum vsq; procedere. Ex his ergo existimo virum sexagenarium esse diiudicandum ad hunc effectum senē, vt docent Auctores, nu. praecedenti allegati. Quod vel ea etate, vel pauld post accidat hodie communiter sterilitas: & sit a proximo interitus, ac calor iuuenilis ferē extinguit: & communis animi conceptio habeat sexagenarios senes dici. At feminas quinquagenarias credo esse senes ad eundem effectum. Quia attento breuiori vitę cursu ipsarum, ac celeriori senectutis aduentu, tam senex est mulier quinquagenaria, quā vir sexagenarius. Quod cōmunis existimatio testatur: & libidinis ardor ita tepescit in illa, ac in hoc: & iam in ea etate est sterilis: & communiter verē senex tunc appellatur, & suspitione incontinentiē libera creditur.

17 Hinc deducitur pro tractatu de ieiunio, qua fenili etate femina a ieiunij praepro eximantur. De qua re nullus, quem viderim, agit peculiariter. sed indiscriminatim de senibus, nec distinguendo, feminæ ne,

an mares sint. Et varij sunt Doctores in hac re. Quidam enim aetatem septuagenariā assignant, in qua communiter senes excusantur a ieiunio. Quia ea etate exulstant senes ab oneribus personaliū. l. vlt. C. qui aetate, lib. 10. At ieiunij est onus nō leue. Sic Gabr. 4. d. 16. q. 3. ar. 1. notab. 4. Rosell. verb. ieiunium. nu. 15. vbi Syl. q. 6. dicto. 2. Tabien. ibi. q. 17. nu. 18. Toledo lib. 6. sum. c. 4. n. 2. Ludou. Lopez. 2. p. instru. tracta. de sacram. poenitentij, vbi de ieiunio. c. 111. pauld post principij. Communis autē sententia docet eam aetatem esse sexagenariā. Quia cū dies annorū nostrorum sint septuaginta anni, vt habetur psalmo. 89. qui sexagenarius est, prope interitum est: ieiunij quibus personis inexcusabiliter sit obligatorium. Armilla verb. ieiunij. nu. 3. Nauar. sum. c. 2. l. hispanē. n. 15. latinē. n. 16. Merin. lib. 1. summa. c. 14. §. 10. fol. 100. Ped. 222 summa, praepro. 3. §. 11. Angles Floribus 1. p. vbi de ieiunio. 3. 6. difficultate. 6. fol. 401. Valentin. 2. 2. disp. 9. q. 2. puncto. 5. col. 2. §. impotentia ad ieiunij. Emmanuel Sa summa verb. ieiunij. n. 9. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 25. §. causa ob quas, causa. 1. Graffis. 1. p. decisio num. lib. 2. c. 37. n. 43. Manuel. 1. tom. summa. 2. editio. c. 24. n. 1. & dicit probabilem Azor lib. 7. institutionum moralium. c. 18. q. 4. Alij nullam prorū aetatem praescribunt, sed attendendā complexionē corporis, & robur affirmant. Quod quidā sexagenarij, aut septuagenarij fortiores sint, ac robustiores alij quinquagenarij. Quare censent arbitrio prudentis id committendū, qui attentis viribus obligationē ieiunandi, aut exemptionem ab eis diiudicabit. Ita docent. D. Anton. 2. p. tit. 6. c. 2. §. 6. vers. 7. senes. Merina cap. de ieiunio. q. de his, qui ad ieiunij tenentur, column. 2. vers. deinde senibus. Ledesma. 2. p. 4. q. 17. art. 3. col. 3. §. praeterea de pueris. Palacios. 4. d. 15. disp. 3. col. 2. o. pauld ante. §. conclusionē, vers. porro quia est. Manuel in expositione bul. 12. §. 6. dubio. 2. Vega. 1. tom. summa. c. 14. dubio. 15. Quod idem docent etiam omnes Auctores allegati praeter Angles, & Emma nuelē Sa: dicunt enim nō ita praescribi annum sexagesimum, aut septuagesimum, vt generaliter tradendum sit senes ea aetate

P

excu-

excusari à ieiunio: sed vires attendendas esse dicunt, ac iuxta eas diiudicandum. At cōmuniter hunc virum defectum dicunt priores Doctores accidere anno septuagesimo: posteriores verò anno sexagesimo: & ita censent hae aetate cōmuniter senes excusari. Quare Cai. & Pedraza proximè allegati dixerunt in aetate sexagenaria constitutos semper excusari, nisi euidenter constet ex complexione rebusfortiori posse ab aetate constare, & de rubore est ambiguum, non est amplius expectandum. At Angles omnes sexagenarios excusat, quamuis aliquis ex illis viribus ad sustinendum ieiunium polleret. Quod idem docet clarè Emmanuel Sa, ait enim excusare à ieiunio aetatem minorè anno vigesimo primo, vel maiorè sexagesimo: vnde aequiparat has duas aetates: at minor vigesimo primo semper excusat. Quae sententia etiam placet quibusdam viris doctissimis. Mihi quoque valde aridet. Quod senes nequeant simul totum alimentum naturae sufficiens sumere: sed enim ob caloris defectum, qui senectutè committitur, concoquere non possunt: quare pauciori cibo, quam iuuenes indigent, sed frequentius sumpto. Et licet quidam sexagenarij in ea aetate robusti videantur, negari nequit naturam iam prolabi, ac celeriter ad interitum tendere. Atque adeo eorum natura ad minuculo cibi frequentius sumpti indiget: vt non tam praesenti statui, quam futuro cōsultatur: ne cibo suis temporibus esitato natura destituta, citius corrumpat, viresque omnino deficiant. Nec enim ieiunij soluere licet, attenda sola praesenti necessitate: sed etià quando in posterum lapsus probabiliter timetur. Adde sanitatè senù non esse firmam, & constantem, sed fallacem, & incertam, mediamque inter morbum, & perfectam sanitatè, vt pulchrè testatur Galen. lib. 5. de sanitatè tuenda, pag. 7. & statim subiungit haec verba. *Scire licet: senilis corporis statum, quoniam ex leui momento in morbum decedit: simili ratione ijs, qui ex morbo conualescunt, in vitium esse curandum.* Et lib. 6. pag. 2. haec ait. *Senù sanitas querimonij non vacat: quamvis enim omnes habeat actiones, nullam validam habeat.* Atque adeo illa pars artis, qua de senum ductu instituitur, huc tantum consilia dirigit, vt sanitatem eorum quatenus fieri potest, tueatur. Si ergo sanitas eorum non est cōstans, sed fallax, & apparens, vitiumque indigent instar valetudinariorū, non cogendi sunt vt totum cibum naturae necessarium vnicò esu accipiant,

& caetera diei parte abstinèat: quod ieiunij essentia petit: sed frequentius est eis concedendus cibus, vt conualefcunt, vt natura adiuetur, cibisque concoqui valeat. Et confirmatur, quia ob eam rationem conualescentes ex morbo à praecipito ieiunij excusantur, donec ad pristinam sanitatem restituntur. Tandè, quia Pius. V. & Pontifices successores denegantes clericis, & religiosis, indultum bullae cruciatè vefcendi lacticijs in quadagesima: exceperunt sexagenarios, quasi in ea aetate rationi consonet, vt imbecillitate naturae cōsultatur: similiter ergo ea aetas reputanda erit sufficiens, vt eam adepti, tanquam imbecilles, & non firmè valetudinis, à ieiunij onere eximantur. Sed superest iam enucleanda difficultas de senectute: an similiter aetas sexagenaria sit illis praescribenda, vt à ieiunio eximantur: potius quinquagenaria? Nō allegata, nō praecedenti quinquagenaria praescribendam esse probant. Quae enim in viris est sexagenaria, ea in feminis est quinquagenaria, attento breuiori illarū vitæ curriculo. Deinde, quia ea aetate femina aequè appropinquat morti, ac viri sexagesimū annum natiuitatis: simili viribus destituitur, indigetque cibo frequentiori, vt calor senilis paulatim illi coquere possit: ne simul toto necessario cibo sumpto senilis illi calor, ac tenuis suffocetur: eò vel maximè quod calor in feminis sit minor, quam in viris (vt nō praecedenti probauimus:) ac proinde is diminutus ratione eius aetatis, minus capax sit totius cibi necessarii simul sumpti concoquedi, quàm calor viri sexagenarij. Quae potissima, imò tota ratio est excusandi masculos sexagenarios. In contrariū est, quod nullus asserat (& quidè meritò) feminas ante vigesimo primum annū teneri ieiunare, cū tamen ratio naturalis augmenti, quae viros eam aetate non adeptos excusat, cesset in feminis: vt pote quae sicut citius senescunt, ita citius citius adolefcunt, ac incrementum perfectum recipiunt (vt ex Aristotele retuli nō praecedenti. Sed potest responderi, iam consuetudine ita interpretandi receptum esse, vt lex Ecclesiastica neutrum sexum obligeat, vt quae ad vigesimum primum annum. Quae consuetudo non reperitur explicans senectutis terminum: ac proinde conceditur locus, vt fas sit rationibus ex vtriusque sexus diuersa natura petitis innoti, ad sibi persuadendum diuersam senectutis terminū praescribendum esse. Præterea, quia Pontifices indulgentes esum lacticiiorum virtute

bullæ,

bullæ, religiosi vtriusque sexus sexagenarij, nullum aetatis discrimen constituerunt. Sed faciliè est solutio, in eo enim in dulto fatendum est eandem aetate in vtroque sexu desiderari: eò quod Pontifex certam aetate praescripserit: at vbi non praescripserit, sed ex sola imbecillitate ratione, quae ex aetate proficietur, iudicium fandum est, sicut diuersitas aetatis diuersum iudicium efficit, ita diuersitas sexus, quae causa est senectutis oryus aduenientis. Deinde, quia si spectemus maiorem flegmatum copiam, quae in feminis reperitur, in qua calor natiuus agit, vicèque cibi supplet, atque vitam ipsam quietam, ac modicæ corporis exercitatione vacantem, manifestè comperimus feminas etià quinquagenarias minimè indigere frequenti cibo: quali viri senes indigent: sed paucis naturam earum contentè esse alimētis. Quod & experientia ipsa testatur: senina enim suapte natura ad ieiunia procliuiores sunt, & multo facilius viris ieiunij ferunt. Quare cum in quinquagenarijs feminis celeratio indigentia frequentis cibi, quae inuenerit in viris sexagenarijs, non excusanda sentit illa à ieiunij, instar horum: sed eandem aetate in vtriusque desiderabitur: atque maior senectus reportat in viro sexagenario, quam in muliere eiusdem aetatis, compensabitur, & aequabitur minori indigentia cibi existenti in muliere, ratione abundantiae flegmatum, & defectus exercitationis corporis. Sed nec hæc ratio concludit, nec difficultatem exhaurit. Ex ea enim pariter concludetur senes in nulla aetate à ieiunij excusari. Quia senes facillimè ieiunium ferunt (vt docet Hippocrates in suis aphorismis, aphorismo. 15. pauciorque, cibo indigent: eò quod frigidiores sunt. At eos excusamus, quia (vt dicit Galenus, & Brasauolus in illum aphorismum Hippocratis,) tale patiuntur, quale lucernis penè extinctis accidit, quae continuam

exigent olei suffectionem, multam autem, & subitam simul nequeunt sustinere: sic (inquiam,) senibus exhibere oportet cibum necessarium, at paucum, & hanc ipsam cibi paucitatem in multis partiri portiones: nec vlla illis longa inedia est intingenda. Idem ego dicam de senibus quinquagenarijs, facer enim ob flegmatam, & vitam quietam, facilius quam viros ferre ieiunium, ac paucioralimento egere: at illam cibi paucitatem, præ se nequeat equali cum viris sexagenarijs, ac maiori frigiditate, non possunt simul sustinere, sed indigent vt in multis diuidatur portiones: nec poterunt vnicò cibum necessarium vire vnicò in posterum sumere: ac proinde à ieiunio, quod in vnicò commessione consistit, excusabuntur. Hæc me incipiente reddunt, & viris doctis à me cōsultis placuit minore gratem feminis assignandam, quam viris: ac dubitarunt de quantitate gratis. Sed profecto quæ numer, præcedenti retuli ex virtute ad generalandum, quæ cessat in femina anno quinquagesimo, & in maribus ad minus viginti ad sexagesimum, protenditur, & ex communi existimatione, probant, quæ de senem feminam quinquagenariam, ac virum sexagenarium. Et ideo alijs viris doctis hæc pars arripit. Et re mecum considerata, & rationibus perpensis, existimo nil à ratione deuium, nec medio titer alienum à probabilitate dicitur, quod feminas quinquagenarias à ieiunio excusauerit, sicut viri sexagenarij excusantur. At dum aliud non apparuerit claris rationibus, tanquam probabiliorem eligo opinionem, quæ sustinet indiscriminationem de aetate viri, & feminae, ad excusandum à ieiunij, loquendum esse. De deseruiant prædicta, ne damnum amplexentem opinionem, quæ feminas quinquagenarias excusat, verò tamè hæc prædicta ostendit eam opinionem esse probabilem speculatiue loquedo, at in praxi cæseo nō esse tutam.

DISPUTATIO TRIGESIMATERTIA.

An professio cōiugis de licentia spontanea alterius emissa, absque alijs iure requisitis valida sit: nec professus reuocari possit, sed manens in seculo cogendus sit prohiere, aut vouere castitatem.

SVMMA RI VM.

Quæ quæstiones disputandæ sunt, nu. 1. & 2. Quando coniux etiam iuuenis manens in

seculo vnicè castitatem, valida est professio alterius de licentia ipsius: facta. nu. 2. Quid, quando nullam vnicè vocant. Refertur